



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

§. vnicus. De lege ciuili.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

domestica, à Patrefam. posita. Nam legem condere est actus iurisdictionis pertinens ad totam multitudinem, vel personam publicam, quæ totius multitudinis curam gerit: At qui communitas V. C. Sartori non facit talem publicam multitudinem, in qua potestas singulos puniendi resideat, nisi vi mutui obligauerint membra ad pœnas conuentionales.

NB. Parentes & Præceptores possunt intra limites suæ potestatis obligare sub peccato mortali, in materia huius obligationis capax sit, statuta tamen domestica plerunque tantum sub pœna obligat.

§. Vnicus.

De Lege Ciuili.

7 **L**eges naturales immutabiles sunt, (per se quidem per accidens tamen mutantur ratione obiecti, ut c. suum cuique ius tribuere, naturalis iuris est: cuius tamen obligatio cessat, si furiosus depositum in se fecerit repetat) positivæ autem arbitriæ, ideoque variæ apud varias gentes: quia sicut Principis vel populi arbitratu positæ fuerunt: ita etiam tolli vel abrogari possunt, cum ita visum fuerit.

Discrimen est inter ius naturale & gentium. In gentium & sedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, fœdera, paces, induciæ, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde gentium appellatur, quia eo iure omnes fere gentes utuntur.

8 **S**ilex canonica contraria sit legi ciuili circa materiam Ecclesiasticam, ciuili sublata censetur: V. C. lex quæ prohibet mulieri, ne intra annum viduitatis nubat. Si

bat. Sin verò circa aliam materiam, vtraque in suo foro seruanda est.

NB. Mira est Conspiratio inter ius ciuile & canonicum: Hinc nemo bonus Casista nisi legū ciuiliū aliqualem cognitionem habeat, tum quia multa decreta Pontificum ex iure ciuili sumpta, tum quia leges ciuiles, si iustæ sunt, & sacris Canonibus non repugnant in Conscientia obligant.

NB. Clerici vel Monachi ex Claüstris exeuntes, & ius ciuile audientes, excommunicantur quidem, sed non, si intra claustrum leges ciuiles inspiciant, & eorum intellectum, addiscant, ad sacros Canones ritè intelligendos & docendos, & occurrentes conscientia casus dissoluendos.

CAP. IX.

Vtrum Legislatoꝝ propria lege obligetur.

Legislatoꝝ alius est absolutus, V. C. Papa, Imperator, Rex, Episcopi, Duces Imperii, &c. quamuis horum aliqui in ferendis legibus certarum personarum consilium adhibere debent, vt Rex Arragoniæ, & Rex Poloniæ, procerum regni in Comitibus: alius Legislatoꝝ est dependens.

NB. 1. Legislatoꝝ, qui solus legem condere non potest, V. C. Metropolitanus inter Cæpiscopos; Dux Venetus inter Senatores; Prelatus in Capitulo: communibus legibus in synedrio latis astringuntur. Multò verò magis, si tota communitas legem ferat, singulorum obligantur.

NB. 2. Leges, quarum obseruatio æquè Principem decet, ac subditos, astringunt principem, V. C. Ieiunium Ecclesiasticū, abstinētia, confessio annua, Quæ verò propria subditorum, V. C. Ne quis arma

G ferat